

5671 rep. c. a. 1850 ad viam Latinam prope Pontem Soleratum in regione q. d. *i Campani* in fundo Capicacco, extat Colle Calcara (*frazione di Rocca d' Arce*) in aedibus rusticis Ludovici Germani pro stipite portae.

D · M
C · IVLIO · SO
TERICHO · P ·
C · N · LIB · ET
5 COLLEG · VEN
ATOR · SACER
DEAN · e
LVSTRI · III

Fridericus Grossi Arcensis misit descriptam.

3 TERICH · O · F ·, 4 LII ·, 5 COLLEC ·, 7 DEANI traduntur.

D(is) m(anibus) C. Iulio Sotericho f(ilio) G(ai) n(ostri) lib(erti) et colleg(ium) venator(um) sacer(dotum) Dean[e] lustr(i) tertii.

5672 Rocca d' Arce.

C · ALLI · Q · I · VERVS

Garruccius dedit Philippo Lanciae Roccadarcensi una cum n. 5674.

5673 cippus. Sub Arce in regione q. d. Colle Oliva in fundo defuncti Nicolai Grossi.

V
L · DOTIVS
L · L · ANTIO
CHVS
5 DOTIA
I V C V N D A
ANTIOCHI · L
IN F · P · XVII

Descripsi.

5674 [= 4379] prope Rocca d' Arce regione Frajoli NOT. *Nella cantonata della casa rurale di D. Enrico Margarita in contrada Fraioli* SCAFI. Mihi narrarunt extare in aed. Iosephi Frajoli Aniceti f. qui dicitur Carrara.

FLAVONIAE · Q · F
POLLAE
GALLIONERVVM
MATRI

Notarjanni p. 475 a Paschale Lanciā; Grossi Arce p. 154; Scafi *Santopadre* (1871) p. 194.

1 FLAVONIA...F Not., FLAVIONALOF Scafi. — 3 CALLIONERVVM Scafi.

5675 Arce in angulo ecclesiae S. Mariae.

LOTRIA · SEX · L
VICIA sic

Descripsi.

5676 prope Santopadre in una cantonata della casa di D. Giacinto Sera in contrada Casalena o Farneto.

Q · MVNATI P F
COR
HISTRI

Bened. Scafi *not. stor. di Santopadre* (1871) p. 193.

5677 [= 4400] Arce in ecclesia parochiali.

L · OCTAVIO · L · F · ROM
OCTAVIAE · L · L · QVARTAE
VIVIT

Recognovi post Philippium et Brunnium. Cayro Fregelli p. 402; Grossi Arce p. 152.

LXXI. ARPINVM (*Arpino*). Tribu Cornelia.

Arpinates (Arpinos dicunt Varro de r. r. 1, 8, 2 et Martialis 10, 19, 18) Volscos (Iuvenalis 8, 245; schol. Bob. ad Cic. pro Sulla p. 363) olim sub suis regibus fuisse Tullianis sectatoribus (Suetonio apud Hieronymum a. Abr. 1912: *Cicero . . . ex regio Vulscorum genere*; Silio 8, 406; Plutarcho Cic. 1: οἱ δ' εἰς Τύλλον Ἄττιον ἀνάγουσι τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους βασιλεύσαντα . . ἐν Οὐλοῦσχοις) vix recte creditur. Societatem Arpinates fecisse cum Romanis ante a. 449 colligitur ex annalibus, qui Arpinum a Samnitibus captum Romanos hoc anno scribunt recepisse (Diodorus 20, 90: οἱ ὅπατοι τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἀλούσας ἀνεκτίσαντο Σώραν, Ἀρπίναν — al. Ἀρπίνας — καὶ Σερενίαν; Livius 9, 44: *eo anno Sora Arpinum Cesennia recepta ab Samnitibus*). Biennio post a. 451 *Arpinatibus civitas data est* (Liv. 10, 1), sine suffragio scilicet; id enim adsecuti sunt lege Valeria a. u. c. 566 una cum Fundanis et Formianis censi ab eo inde tempore in tribu Cornelia (Liv. 38, 36). Eo tempore praefectura fuit (Festus p. 233), postea, nimirum post bellum Italicum, municipium (Cicero pro Planc. 8; de leg. 2, 3, 6; ad fam. 13, 11, 12; schol. Bob. l. c.). Rectos esse Arpinates a tribus aedilibus solis Cicero ait ad fam. 13, 11: *constituendi municipii causa hoc anno aedilem mecum fieri volui et fratris filium et M. Caesium . . . is enim magistratus in nostro municipio nec alius ullus creari solet*, confirmaruntque tituli n. 5679. 5682 (cf. n. 5680. 5681). Similiter ordinata esse duo municipia una cum Arpino plena civitate donata lege Valeria cum infra demonstraturi simus, praeterea vero nusquam terni aediles summum locum in re publica obtineant (nam quae praeter has una quod sciam solos aediles pro summis magistratibus habuit Peltuinatium, binos annuos creavit¹), redit haec constitutio omnino ad ipsam legem Valeriam. Scilicet praefectarum sive rerum publicarum earum, quae civitatem quidem, sed sine suffragio accepissent, condicio admodum diversa fuit: praefectus sane iure dicundo a praetore populo Romano creatus in omnes mittebatur, sed magistratibus suis civitates aliae carebant,

¹) Vol IX p. 324. Propter tres viros Cirtenses vide quae exposui vol. VIII p. 618.

aliae ita utebantur, ut summum magistratum retinerent iure dicundo et ipsum scilicet in levioribus causis. Utamque condicionem Campani optime illustrant, hoc loco constituti ante bellum Hannibalicum, post id illo. Fundani autem et Formiani et Arpinates ante legem Valeriam latam medio loco videntur fuisse, ut quattuorviris iure dicundo carerent, aediles tamen crearent eosque fortasse non binos, sed ternos, scilicet ut ita ad quattuorviratum quam proxime accederent. Civitatem adepti magistratum antiquum videntur retinuisse potestate tantum mutata, scilicet ut iuris dictionem eam, quae municipiorum plenam civitatem Romanam adsecutorum quattuorviris eo tempore lege concedebatur, in his aediles exercebant. — Praeterea constitutio Arpinatium ignoratur, nisi quod decuriones extrema certe aetate liberae rei publicae *senatus* vocabulo inveniuntur usi (n. 5579. 5582) et apud Ciceronem ad fam. 13, 11. 12 mentio fit fundorum vectigalium, quos Arpinatium res publica in Gallia tum possidebat. Nominatur Arpinum saepissime propter C. Marium et M. Tullium Ciceronem inde oriundos, propter ipsam rem publicam vix umquam, id quod non solum inde explicatur, quod fuit extra vias consulares, sed quod mature cecidit. Nam territorii pars magna ablata sit necesse est constituta re publica Cereatinorum (v. p. 564), et tituli ita deficiunt, ut demptis iis qui sunt aetatis Ciceronianae ex ipso oppido vix ulli remaneant. *Collegium venatorum sacerdotum Deanae lustr(i) tertii* novimus ex titulo Arcensi n. 5674, domesticum tamen magis, scilicet familiae C. Iulii Soterichi, quam publicum, ibidemque villam habuisse Q. Vibium Auctorem civem Soranum opulentum efficitur ex n. 5670.

Ad territorium quod attinet, Fabrateriam versus supra p. 555 diximus Santopadre et Arce oppida olim Arpinatium pertica comprehensa fuisse videri. Atina Arpino finitima (Cicero pro Planc. 9, 22) quin sibi vindicaverit superiorem vallem fluvii Melfis, dubitari non potest. Contra Soram versus utramque ripam Liris ad Fibrenum usque Arpinatium aliquando fuisse, sinistram tamen aetate imperatoria Cereatinorum factam esse in capitibus quae sequuntur ostendemus.

Inscriptiones Arpinates habemus alias a MANVTIO, alias a SMETIO et HOARIO; diligentius vero lapides investigavit primus Ferdinandus